



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

6. De retinentibus, & legentibus libros Hæreticorum, Necromanticorum, Pentacula, &c. an sint puniendi tanquam Hæretici? Et an legentes, & tenentes libros Astrologiæ iudiciariæ, & libros prohibitos, ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Et an contrahens matrimonium cum hæretica sit suspectus de fide, & contra illum Inquisitores possint procedere?

Et notatur, quod si professi aliam Religionem, sic illi, qui ex Societate Iesu vota biennia emisissent, si matrimonium postea contraherent, præterquam quod matrimonium esset irritum, subijciuntur supradictis poenis, & abjurant? Ex p.4. tr.7. Ref. etiam 5.

§.1. Tales non solum committere sacrilegium, sed esse de hæresi suspectos, tradit Emanuel de Moura de incant. opusc. 1. sect. 3. cap. 3. n.9. Ioseph Sesse tom.4. decis.449. n.3. & 9. Soula in aphor. Inquis. lib.1. cap.8. n.16. Peyrinus in privi. Minim. tom.2. constit.9. Pauli V. §.2. n.20. Leone de potest. Confess. p.1. recol.2.2. n.15. cap.24. Rodriq. in qq. Regul. tom.3. q.1. art.1. Direct. Inquis. p.2. q.49. & ibi Pegna comm.74. Paramus de orig. Inquis. lib.3. q.10. n.75. Hieronym. Rodriq. in compen. qq. Regular. resolut. 93. num.1. & alij penes ipsos.

2. Sed difficultas est, qua poena puniendi sint? Didacus Cantera Inquisitor Murcia, vir doctissimus, & nunquam satis laudatus, in qq. crimin. cap.1. de hæresi. n.71. sic ait: Certè propter suspensionem credo, quod fieret instantia, & poneretur ad torturam, & si vinceret remaneret probatio aliqua, abjuraret de levi, & deportaretur ad arbitrium iudicis, & si colligeretur maxima malitia & suspicio in fide, abjuraret de vehementi, & ita praticaretur. Hæc Cantera cuius doctrinam confirmat opinio Simancæ in Enchirid. tit.12. num.1. asserentis, Religiosum contrahentem binas nuptias esse vehementer suspectum de hæresi.

3. Verum hodie stylus nostræ Inquisit. Hispanicæ communiter supradictos non torquet, sed ut observat Castrus Palas in sum. tom.1. tract.4. disp.8. pun.16. §.8. num.4. illos punit eadem poena, qua puniuntur contrahentes binas nuptias, & graviori ob suspicionem Lutheranae hæresis. Ordinariè igitur imponerem abjuramentum de levi, & ad tritimes ad minus per quinquennium damnares, nisi talis qualitas personæ & circumstantiæ concurrerent, ut etiam necesse fuerit reum torquere, & abjuramentum de vehementi imponere, & augere poenam ad tritimes: ut si v. g. Clericus, seu Monachus esset de provincia infecta Lutheranae hæresis, & in hoc casu puto sequendam esse opinionem Canteræ & Simancæ ubi supra, nam persona redditur suspecta respectu suæ regionis, ut optime observat Sesse in decis. regni Arag. tom.4. decis.452. num.4. & alij.

4. Notandum est etiam hic obiter contrahentem matrimonium cum hæretica esse suspectum de fide, & contra illum Inquisitores posse procedere. Ita Sanctarellus tract. de hæresi. cap.41. dub.3. n.1. & Cantera in qq. crim. cap.1. de hæresi. n.1. & Glossa in cap. decrevit. de hæresi. in 6. & ibi Io. Andreas n.1. Geminianus n.2. & Francus num.1.

5. Notandum etiam, sicut professi alienam Religionem, sic illi qui in Societate Iesu vota biennij emisissent, si matrimonium postea contraherent, præterquam quod matrimonium esset irritum, subijciuntur supradictis poenis & abjurant.

RESOL. VI.

De retinentibus, & legentibus libros Hæreticorum, Necromanticorum, Pentacula, &c. an sint puniendi tanquam hæretici?

Et an legentes, & tenentes libros Astrologiae iudicariae, & libros prohibitos etiam si non sint libri hæreticorum, possint ab Inquisitoribus puniri?

Tom.V.

Et an Indei, & alij infideles commorantes in terris Christianorum, qui retinere, habere, legere, vel exemplare, advehere, donare, communicare, vel alienare ausi fuerint Libros, & Codices Talmudicos, Cabalisticos, & alios nefarios, &c. puniendi sunt arbitrio Inquisitorum?

Idem dicendum est de Typographis, & Bibliopis, seu mercatoribus? Ex p.4. tr.7. Ref. etiam 6.

§.1. Retinentes hæreticorum libros, & legentes, & puniendos esse tanquam hæreticos, docet Carrerus tract. de hæresi. n.125. & alij Iuriconsulti, quos refert, & rectè improbat Torreblanca de Magia lib.3. cap.15. n.31. Simanca tit.38. num.23. & Lorca in 2. inter princip. D. Thom. q.11. art.4. disp.48. n.4. cum aliis communiter. Dicendum est igitur, supradictos esse tantum suspectos de hæresi leviter, vel vehementer, seu violentè, juxta personarum & facti qualitatem, ut rectè observat Merolla in disp. Theol. tom.1. disp.1. cap.2. diff.6. n.373. Soula in Bull. Cæn. cap.2. disp.16. n.4. Azorius tom.1. lib.8. cap.16. q.10. Zecchius in sum. tom.1. tract. de hæresi. cap.11. n.5. Paramus lib.3. q.9. n.147. Zanchinus de hæresi. cap.7. num.7. & seq. Burlatus lib.1. conf.90. n.10. Delrius in disquis. mag. lib.5. sect.17. Soula in aphor. Inquis. lib.1. cap.21. num.37. & alij penes ipsos.

2. Sed audiamus doctum Carreram in qq. crim. c.1. de hæresi. n.64. sic asserentem: An libri inventi penes aliquem, probent illum esse hæreticum, & puniatur tanquam hæreticus? Distinguo, aut libri sunt compositi ab illo, in cujus potestate inveniuntur, vel est obnoxius illis libris, quia tenet quod illi tenent, & tunc videtur, quod puniatur poena hæreticorum, quia talis liber probat eos esse hæreticos. Sed in hoc etiam credo, quod debeat constare, quod tenet quod libri tenent, vel aliquam hæresim illorum librorum; & sic non solum ex eo quod talis liber inveniatur penes eum, est iudicandus hæreticus; aut libri non sunt compositi ab illo, penes quem inveniuntur, nec constat illum esse obnoxium in illis libris, & tunc distingue quod aut ille, penes quem inveniuntur, est homo bonæ famæ, & non punitur, quia non est suspicio contra eum, aut est malæ opinionis, & ex qualitate ipsius personæ, & librorum procederetur actius, vel mitius, & posset etiam esse vehementer suspicio contra eum, vel minor. Ita ille, & ante illum Albert. q.28. n.25. & 26. & Simanca tit.30. n.24. ubi licet asserat probabilem esse opinionem illorum, qui aiunt suspectos esse de fide illos, qui libros hæreticorum habent, tamen ipse plurimum arbitrio iudicum tribuendum censet, nam ex personarum, & librorum qualitate, aliisque circumstantiis causa cognita, in unaquaque specie, melius statuere poterunt.

3. Verum deveniendo ad poenas, non desinam hic apponere verba Pegnæ in direct. Inquis. part.2. comm.3. sic asserentis: Falchodius & Archidiaconus purificationem talibus inducendam admonent, quam interdum ex causa imponi posse non ambigerem, hoc sit certum, poenitentiam esse imponendam, nunquam acriorem, aliàs verò leviores pro qualitate, & modo delicti, & delinquentium. Nos aliquando post abjuramentum jejunia, orationes, & peregrinationes imponi vidimus. Ita Pegna, qui non asserit quam abjuramentum fuisse, sed puto abjuramentum de levi, & ita esse in usu deductum, docet Suarez tract. de fide disp.24. sect.2. n.4. Videtur enim, ait, fieri abjuramentum de levi, si quis legit librum hæreticum. Sic ille. Verum Merolla ubi supra, & Farinacius de hæresi. q.180. num.9. in fine, asserunt supradictos reos abjurare de vehementi, & pro sola retentione hos de levi abjurare testatur Genuentis in praxi Archiep. cap.68. num.12. ubi sic ait: Servatur in Curia, quod si apud aliquem reperiuntur libri Hæreticorum, Necromanticorum, Pentacula, & similes scripturæ

V u

scriptura continentes hæresim, vel apostasiam, & tor-
tus super intentione & complicibus, neget intentionem,
& usum, solet pro retentione tantum abjurare de
levi, & ei imponi poenitentia salutaria, & si sint exte-
ri, expelluntur ex diocesi arbitrio Curie. Ita Genuens.
in cap. 18. n. 14. idem docuerat, ut patet in his verbis.
Anno 1599. fuit rescriptum à sacr. Generali Inquisi-
tione urbis, quod torqueretur super intentione, si ve-
credulitate, & usu quidam Doctor bonæ famæ, qui
scienter penes se retinuerat pentaculum, & cum fuisset
tortus, & non confessus, abjuravit de levi pro reten-
tione. Sic ille.

4. Nota tamen, quod in aliquo casu raro & pecu-
liari ex circumstantiis delicti, & qualitate personæ po-
test oriri tam vehemens suspicio de hæresi in legenti-
bus, & retinentibus libros hæreticorum, ut sint dam-
nandi ad abjuratorem de vehementi, & gravioribus
poenis quam supradicti plebendi. Sed ut dixi, regula-
riter hi abjurant de levi in Tribunali Hispanico.

5. Notandum est etiam, quod Iudæi, & alij infide-
les commorantes in terris Christianorum, qui retine-
re, habere, legere, scribere, vel exemplare, advehere,
donare, commutare, aut alias quomodolibet distrahe-
re, vel alienare ausi fuerint libros & codices Talmudi-
cos, Cabalisticos, & alios nefarios, &c. puniendi sunt
arbitrio Inquisitorum poena amissionis librorum, pub-
licationis omnium librorum, quæ fisco applicanda
sunt, ac etiam aliis gravioribus & corporis afflictivis.
Ita ex constit. Clem. VIII. docet Soula in apbor. Inquisi-
lib. 1. cap. 21. n. 52. qui citat Farinacium, Pegnam, &
Azorium, addens idem dicendum esse de Typographis
& Bibliopolis, seu mercatoribus.

6. Non desinam etiam hic adnotare, quod legentes
& tenentes libros Astrologiæ judiciariæ, qui de futu-
ris contingentibus fortuitivæ casibus & liberis tra-
ctant, ab Inquisitoribus puniuntur, & vide novissimè
constit. Urbani VIII. sub die 1. Aprilis 1631. Item
legentes libros prohibitos ab Inquisitoribus, etiam si
non sint libri hæreticorum, possunt ab ipsis Inquisi-
toribus puniri. Ita Soula in apbor. Inquisi. lib. 1. cap. 31.
n. 45. & 46. Sesse tom. 4. decis. 464. n. 24.

RESOL. VII.

De Confessariis sollicitantibus?

Et an Inquisitores possint eos punire tanquam suspectos
de hæresi vehementer, vel tantum leviter?

Et in corpore hujus Resolutionis aliqua alia notabilia cir-
ca hoc, & circa poenas, & poenitentias supradictis im-
ponendas explanantur.

Et tandem advertitur, quod Confessarius, qui non decla-
rat fœmina sollicitata obligationem denunciandi, aut qui
ei dicit ad talem denunciationem faciendam non te-
neri, ab Inquisitoribus pro qualitate culpe potest puni-
ri?

Et an verò fœmina sollicitata denunciationem omittens, ut
fauoris sit ab Inquisitoribus punienda? Ex p. 4. tr. 7.
Ref. etiam 7.

Sup. hoc sup. §. 1. **P**osse Inquisitores supradictos punire patet ex
in tr. 9. ref. constitutionibus Pauli IV. die 16. Aprilis 1561,
92. §. Observ. Pij IV. die 6. April. 1564. Clem. VIII. die 3. Decembr.
1592. & Greg. XV. die 30. Augusti 1622. Imò hanc
facultatem competere Inquisitoribus de jure commu-
ni, tenet Sanctarellus tract. de hæresi cap. 44. dub. unico.
n. 2. in fine. Sed quicquid sit de hoc, certum est, ut di-
ximus, Inquisitores ex dictis Bullis Pontificiis, posse
in Confessarios sollicitantes animadvertere, nam ita fa-
cientes sunt suspecti de fide, ut probat Peyrinus in
privileg. Minim. tom. 2. conf. 4. Greg. XV. §. 3. n. 6. & DD.
communiter.

2. Difficultas verò est, an dicti Confessarii sint hæ-
resici de hæresi vehementer, vel tantum leviter, & si
suspectos vehementer, tenet Pegna in direct. Inquisi. p. 2.
comm. 81. Pafecius in praxi p. 2. c. 4. art. 6. n. 10. Aloy-
s. in praxi Archiep. cap. 66. n. 2. Madius de sacr. Ordin.
cap. 27. n. 6. & alij. Esse suspectos tantum leviter, te-
net Ioseph Sesse tom. 4. decis. 449. n. 3. & decis. 450. n. 3.
& decis. 454. n. 6. Soula de Confess. sollicit. tract. 1. cap. 1.
n. 6. Rodericus Acugna tract. de Confess. sollicit. q. 2. n. 20.
Castrus Palaus in sum. tom. 1. tract. 4. disp. 9. p. 2. n. 1.
& alij. Vnde ex hac varietate opinionum, ut sup. dixi,
dictum est de bigamis, orta est diversitas inter praxim
Inquisitionis Romanæ, & Hispanicæ, nam Inquisitio
Romana, quia putat Confessarios sollicitantes esse ve-
hementer suspectos de hæresi, illos torquet, ut patet
apud Peyrinum in privileg. Minim. tom. 2. conf. 4. Greg.
XV. §. 3. num. 5. Molfesum in summa tom. 1. tract. 7.
cap. 24. num. 40. & 42. Michaëlem Zanardum in direct.
Inquisi. part. 3. cap. 78. fol. mihi 490. Genuensem in pra-
xi cap. 66. num. 1. Madium de sacr. Ordin. cap. 27. n. 6.
& alios. Inquisitio verò Hispanica, quia putat supra-
dictos esse tantum suspectos leviter, illos non tor-
quet, ut observat Soula de Confess. sollicit. tract. 2. cap. 13.
concl. 3. n. 11. & in apbor. Inquisi. lib. 1. cap. 39. num. 64.
& 65. Castrus Palaus in sum. tom. 1. tract. 4. disp. 9. p. 2.
n. 1. n. 4. Acugna tract. de Confess. sollicit. q. 2. n. 14. &
alij. Deinde ex eadem ratione Inquisitio Romana fa-
cit dictos reos, tanquam suspectos de hæresi vehe-
menter, abjurare de vehementi, ut testatur Aloysius
Barjola post Flores Inquisi. tract. de Confess. sollicit. & infi-
ponam ejus verba. Sed in nostra Inquisitione Hispa-
nica, tanquam leviter suspecti, abjurant tantum de levi,
ut infra patebit, & docet Sesse tom. 5. decis. 454. n. 5.
& Soula de Confess. sollicit. tract. 1. cap. 5. num. 6. unde omni-
quisque sequatur praxim Inquisitionis suæ. Alias ve-
rò poenas, quibus supradicti plebuntur, determinat
novissimè Greg. XV. & sunt, suspensio ab executione
Ordinis, privatio beneficiorum & Officiorum quo-
rumcumque, ac perpetua inhabilitas ad illa, privatio
vocis activæ & passivæ, si sollicitator religiosus sit, exi-
lium, damnatio ad triduum, & carceratio etiam in per-
petuum, & aliz poenæ secundum qualitatem delicti,
etiam traditio Curie seculari. Ita Pontifex in sua con-
stitut. & hanc ultimam poenam relaxationis in hoc de-
lictis adhibendam esse tradit etiam Michaël Raullet in
hisor. Pontif. juris. lib. 4. cap. 13. n. 14. Sed audiamus
partem epistolæ supremi Senatus Inquisi. Hispanice
die 1. Julij anni 1580. & directæ Inquisitoribus hujus
Regni Hædo, Pegnæ, & Correñero, sic habentis. [Las
penas que a los tales delinquentes se acostumbraron im-
poner suelen ser arbitrarias conforme a la qualidad de
los delitos, gravedad y frecuencia dellos, y otras cir-
cunstancias que puedan mover el uso de rigor, o
moderacion; advirtiendole que en qualquier evento los
tales reos han de abjurar de levi, y ser privados per-
petuamente de la administracion del sacramento de
la Penitencia a lo menos a mugeres, y quanto a los
demas Sacramentos, y predicar, sera arbitrario, y
tambien el destierro o reclusion que se les deviere im-
poner de los lugares donde cometieron los delitos con
algunas leguas al deredor. A los Religiosos se les po-
dran dar disciplinas en los Capítulos de sus Mona-
sterios tornandoselos a leer en ellos sus sentencias por
un Notario del Secreto en presencia del Convento y
tan grave podria ser la culpa que se les diese tambien
disciplina en la sala del Tribunal, quando en ella se
pronunciara la sentencia en presencia de los Religio-
sos, y Clerigos que alli asistieren, condenandolos en
otras penitencias como son reclusion de donde delin-
quieron, y suspensio, o privacion de sus Ordenes, y Sup. lib. 1.
de voz activa y passiva, y que sean ultimos en el coro y
Refectorio.]